





NOBILISSIMA Majoricarum Civitas, florentiſsimi Balearici Regni Princeps, non ſolum Aeris ſalubritate felix, ſed ingeniorum copia celeberrima, ut egregiæ indolis viros, quibus floruit ſemper, præmiorum ſpe ad litterarum inflamaret ſtudia, Pontificiis, Cæsareis, Regiisque olim nobilitata fuit privilegiis ad generale Scientiarum omnium Studium, ad inſtar antiquiſsimi, & toto terrarum orbe decantatiſsimi illerdensis, erigendum: id etenim, perilluſtribus, ac Magnificis Patriæ Patribus, totiusqué Regni Proscribus enixe poſtulantibus, omnium votis annuit Sereniſsimus FERDINANDVS Aragonum, & Caſtelle Rex potentiſsimus, Diplomatæ ſuo Cordubæ dato 30. Auguſti

Anno post Orbem redemptum 1483. quod, Regio postmodum firmavit Privilegio Cæsaraugustæ Kalendis Februarii, Anno 1505. Approbavit, & Confirmavit Augustissimus Romanorum Imperator CAROLVS V. 11 Maii Anno 1526. roboravit PHILIPVS II. Hispaniarum Rex invictissimus, apud Sanctum Laurentium *el Real* 24 Octobris anno 1597. quodqué Cæsareis, fuerat, Regiisqué tempore quodam privilegiis sancitum, ad Serenissimæ MARIANÆ Hispaniarum Reginæ preces, Pontificiis suis firmius stabilivit Sanctissimus CLEMENS Papa X. 17 Aprilis anno á mundo reparato 1673. Cum itaqué præfatis Diplomatibus erecta fuerit scientiarum omnium Pontificia, Imperialis, Regia litteraria Academia; æquissimumqué sit viros de re litteraria probe meritos debitis honoribus prosequi, eos præcipué, qui laboribus, vigiliisquæ non minus in disciplinarum splendore quám in bonarum virtutum ornamento insudarunt Nos ideo D. *Dr. Franciscus Ferrer de San Jordi S.tæ Almæ Sedis Majoricarum Canonicus, Philosophiæ et Iuris Utriusque Dr. et in hac Regia Balleari Litteraria Universitate Rector, ac Procancellarius*

singulare amore prosequi cupientes, atqué per auchoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus in hac parte fungimur Præcipuis in re litteraria honoribus, & gratis cumulare volentes eos, qui ignavia depulsa, non solum ingenii acumine præditi conspiciuntur verum etiam conatu omni sese jucundissimis Scientia-

rum ſtudiis generosé devoverunt; Cæterum cum amplisſima litterarum ornamenta, non nisi, viris meritorum excellencia conspicuis concedi valeant, néc æquum foret non merentibus præmia conferre virtuti imparia, ſancitum æquiſsimé fuit in hac alma noſtra Academia laureandos, variis, & ſané dificillibus tentari examinibus; quæ cum ſubire non perorrescant, qui gloriæ avidi, periculis, ipsis, viam ad veræ laudis honorem, non modo ſibi aperiunt, ſed muniunt firmiſsimam: Studiosus ideo Vir *D. Petrus Martinus Vidal, et Llampayes* — — —

— — — — — — — — — —

quem morum probitas ſcientiæ, vitæqué honeſtas ac fama non parum approbant, & extollunt, cupiens in *Medicina* — — — — facultate Baccalaureatum adipisci, eoqué inſigniri, ſuper hoc humiliter ſuplicavit: Nosqué attendentes juſtas eſſe ipſius preces, & rationi maximé consonas, patendo præceptis dispoſitis á Potentiſsimo atqué Sereniſsimo Domino Noſtro Rege Catholico D. CAROLO III., in ſua Regia Cedula expedita ſub die 24 Januarii anno 1770. Et poſt concluſionum propugnationem aſsistente *Medicina* — — Collegio Patronum agente *Mag.co D.ri D. Josepho Barceló Cathedratico* — — in quorum conspectu argumentis quatuor propoſitis á duobus Doctoribus Cathedraticis, & duobus Doctoribus Collegiatis ſatisfecit, ſuper quibus omnibus extitit ab eodem Collegio approbatus. Et poſt peractam Lectionem coram infra nominatis Examinatoribus

ſuper unō expunctis ſorte ſortitis die antecedenti ut ſequitur, *ex libri Aforismorum Hipocrate 8; Primum puntum Sententia 1. lib. 1. = Secundum puntum Sententia 72. lib. 4. = tertium puntum Sententia 33. lib. 6* — — — —

Ex quibus elegit *primum predictum puntum Sententia 1. lib. 1. quod incipit: Vita brevis etta* — — — — — — —

Eundem *D. Petrum Martinum Vidal* — — —
ſtatim examinandum commiſsimus tribus Doctoribus *D. Antonio Paulo Tugores; D. Francisco Ferrer; et D. Josepho Barcelo Cathedraticis* — — — — — — —
á quibus poſtquam feliciter propugnavit, & propoſitis argumentis, & interrogantibus peracute ſatisfecit habitis illorum votis, consensu, & ſufragiis, ad incorruptæ Juſtitiæ lancem approbatus fuit ſentientibus illis Baccalaureatu eumdem inſigniendum, & condecorandum. Qua propter prædicti Collegii ſufragio, & Examinatorum Juditio, fideiqué ſolemni Profeſsione á candidato ipso emiſſa, néc non Juramento præſtito de Immaculato Beatiſsimæ Virginis Mariæ Conceptu, pro viribus propugnando, de ſervandis quæ in juncta ſunt Regiis diplomatibus de non defendendo, néc ſuſtinendo Doctrinam de Regicidio, & tiranicidio ad tenorem Seſsionis 15. Concilii Conſtantienſis néc Doctrinas contrarias Regalis Supreme Poteſtatis,

ejusdem Domini Regis, & Juribus publicis Nationis, ut præcipitur in Regia Provisione Regii Concilii Supremi expedita sub die 6 Septembris 1770. observatisqué aliis, quæ juxta jurat, & Constitutiones Academiæ nostræ observari debent. Nos Prædictus Procancellarius; aucthoritate Apostolica, & Regia; quibus in hac parte fungimur præfatum *D. Petrum Martinum Vidal et Llampayes* ——

ad gradum Baccalaureatus in *medicina facultate* — — — — — — —

promovimus ejusdemqué facultatis Baccalaureum fecimus, creavimus, & constituimus, *nemine discrepante Consilium* ~ ~ ~ ~ ~


ipsumqué aggregavimus, & adjunximus, atqué per presentes aggregamus Cætui, & consortio cæterorum in *facultate Medicina* — Baccalaureorum, ut gaudeat, & utatur, ac uti, & gaudere posit omnibus, & singulis gratiis, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, favoribus, & honoribus, quibus cæteri in dicta *medicina* — — — — —

facultate Baccalaurei gaudent, & utuntur; ac uti, & gaudere possunt in hac alma Vniversitate Majoricensi, & ubiqué terrarum, atqué locorum, perindé ac si in Academiis Illerdensi, Bononiensi, & Tolosana, ac quacumqué alia cujus privilegiis hæc nostra Balearis gaudet seu gaudeat, prædictum Baccalaureatum adeptus esset juxta tenorem Diplomatum Pontificiorum, atqué Regiorum, Cæsareorum Vniversitati

Regiæ Majoricensi ſuper hoc conceſſorum. In quorum omnium fidem, & Teſtimonium præsentes litteras manu noſtra ſubscriptas in Privilegii formam expediri juſsimus, atqué per Secretarium mandavimus noſtrum Sigillo Majoricenſis Academiæ muniri mandavimus Palmæ Balearium. Die IV. Mensis Januarij, anno a Natt.^e Dni. M DCCLXXXXiij. Praesentibus pro testibus D. Antonio Tennes, et D. Agustino Marco et Olivera, de quo fidem facio

Dr Dn Franciscus Ferrer de San Jordi, Rector Universitatis.

De m.to sua per Illu.e Dom.s expedivi.
D. Rafael Manera Secr.ius secund. prefatæ Unio.





OBILISSIMA Majoricarum Civitas, florentiſsimi Balearici Regni Princeps, non ſolúm Aëris ſalubritate fœlix, ſed ingeniorum copia celeberrima, ut egregiæ indolis viros, quibus floruit ſemper, præmiorum ſpe ad litterarum inflammaret ſtudia, Pontificiis, Cæſareis, Regiiſqué olim nobilitata fuit privilegiis ad Generale Scientiarum omnium Studium, ad inſtar antiquiſsimi, & toto terrarum orbe decantatiſsimi Illerdenſis, erigendum: id etenim, Perilluſtribus, ac Magnificis Patriæ Patribus, totiuſqué Regni Proceribus enixé poſtulantibus, omnium votis annuit Sereniſsimus FERDINANDVS Aragonum, & Caſtellæ Rex potentiſsimus, Diplomate ſuo Cordubæ dato 30. Auguſti, Anno poſt Orbem redemptum 1483. quod Regio

II.

Regio poſtmodum firmavit Privilegio Cæſaraugustæ, Kalendis Februarii, Anno 1505. approbavit, & confirmavit Auguſtiſsimus Romanorum Imperator CAROLVS V. 11. Maii Anno 1526. roboravit PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Rex invictiſsimus, apud Sanctum Laurentium *el Real* 24. Octobris Anno 1597. quodqué Cæſareis, fuerat, Regiiſqué tempore quodam privilegiis ſancitum, ad Sereniſsimæ MARIANNÆ Hiſpaniarum Reginæ preces, Pontificiis ſuis firmiús ſtabilivit Sanctiſsimus CLEMENS Papa X. 17. Aprilis Anno á mundo reparato 1673. Cum itaqué præfatis Diplomatibus erecta fuerit ſcientiarum omnium Pontificia, Imperialis, Regia, Litteraria Academia; æquiſsimumqué ſit viros de re litteraria probe meritos debitis honoribus proſequi, eos præcipué, qui laboribus, vigiliiſqué non minus in diſciplinarum ſplendore, quám in bonarum virtutum ornamento inſudarunt: Nos ideó D. D. Franciscus Ferrer et San Jordi Pbr. Almae Sedis Maio-ricarum Canonicus Philosophie, et Juris Utriusque Dr. et in hac Regia Balleari Litteraria Universitate Rector ac Procancellarius ~ ſingulari amore proſequi cupientes, atqué per auctoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus in hac parte fungimur præcipuis in re litteraria honoribus, & gratiis cumulare volentes, eos, qui ignaviá depulſâ, non ſolúm ingenii acumine præditi conſpiciuntur, verum etiam conatu omni ſeſe jucundiſsimis Scientiarum ſtudiis generoſé devoverunt; Cæterum cum ampliſima litterarum

orna-

ornamenta, non nisi viris meritorum excellentia conspicuis concedi valeant, néc æquum foret, non merentibus præmia conferre virtuti imparia, sancitum æquissimé fuit in hac alma nostra Academia laureandos, variis, & sané dificillibus tentari examinibus; quæ cum subire non perorrescant, qui gloriæ avidi, periculis ipsis, via ad veræ laudis honorem, non modo sibi aperiunt, sed muniunt firmissimam: Studiosus ideo Vir D. Petrus Martinus Vidal, et Llampayes, jam Medicina

Baccalaureus quem morum probitas, scientiæ, vitequé honestas, ac fama non mediocritér approbant, & extollunt, cupiens in facultate Medicinæ Magisterii, seú Doctoratus Gradum adipisci eoqué insigniri, super hoc nobis humilitér suplicavit; Nosqué attendentes justis fore ipsius preces, & rationi maximé consonans, eundem Secreto tentandum, atqué scrupulosa cura examinandum commissimus Dominis DD. D. Antonio Pablo Mugores, et D. Francisco Ferrer Cathedraticis, D. Josepho Morell, et D. Petro Nicolao Barcelo Colegiatis. Die 27. Mensis Januarij anno 1793. Themata sortitus ex lib. Differencijs Morborum, causis Morborum, et Diff.^is Sinthomatum, primum pun.^m Capt 5. de Diff.^is morb.^um; 2.^m p.^m Capt 2. de Morb.^um Causis; 3.^m p.^m de Sinthom.^um Diferentijs; et ex Aforismorum Hipocratis, primum pun.^m Sent.^a 1. lib. 1.; 2.^m p.^m Sent.^a 14. lib. 2.; 3.^m pun.^m Sent.^a 79. lib. 4: Ex quibus designatum fuit ex lib. Diferentijs Morborum, Causis Morborum et.^a Capt 2. de Morborum Causis; et ex lib. Aforism. Hipocrates pri.^m pun.^m Sent.^a 1. lib. 1. incipit: Vita brevis et.^a

intra viginti quatuor horarum ſpatium legenda, explicanda, & defendenda quod ſtatuto tempore præſtitit, & primo quidem per integram horam textus explanando, quæſtioneſqué ab eiſdem deductas diſſolvendo; Poſtea vero Patronum agente *Mag.co D.ni D. Josepho Barcelo Cathedratico* — — — Stabilitaſqué Theſes nervoſe, acriterqué impetentibus per *Mag.cos DD. D. Antonio Paulo Tugores, et D. Fran.co Ferrer Cathedraticis; D. Josepho Roell, et D. Petro Nicolao Barcelo Coleg.tis*

argumenta appoſita non vulgaritér enervando: In quibus omnibus itá docté, adeo ſubtilitér ſe geſsit, ut habitis ſuper hoc votis conſenſu, & ſufragiis, præfatus Medicinæ Magiſtrorum, & Doctorum cætus dictum *D. Petrum Martinum Vidal, et Sampayes* — Suprema Medicinæ laurea inſigniendum, & condecocorandum ſenſuerit. Idcircó viſo dicto Medicorum Collegii judicio, ſtatim cum ad ſacræ facultatis Medicinæ Gradum licentiatum pronuntiavimus, & declaravimus. Die poſtmodum II. *Mensis Februarij eorundem anni* — — — — — — —

pleniſsimé obſervatis, que juxta ordinationes, & Jura Almæ noſtræ Academiæ obſervari debent; Theſibuſqué præcipuum Medicinæ partem complectentibus publicé ſingulariqué acumine, multiplici eruditione, & non vulgari omnium plauſu ab eodem propugnatis coram Sapientiſsimis Theologorum, Juriſperitorum, Medicorum, atqué Philoſophorum Collegiis, cæteriſqué Doctoribus

præ-

prædictis hujus Vniversitatis Collegiis aggregatis, néc non solemni fidei Professione emissa atqué Juramento præstito de immaculato Sanctissimæ Virginis in primo instanti conceptu pro Viribus propugnando, & de servandis quæ injuncta sunt Regiis Diplomatibus de non defendendo, néc sustinendo Doctrinam de Regisidio, & Tiranicidio ad tenorem Sessionis 15. Consiliis Constantiensis, & Doctrinas contrarias Regaliis Supremæ Potestatis ejusdem Dñi Regis, & Juribus publicis Nationis, ut præcipitum in Regia Provisione Regis Consilii Supræmi expedita sub die 6. Septembris 1770. Nos *Rector, ac Procancellarius* — — — — authoritate Apostolica, & Regia quibus in hac parte fungimur eundem conspicuum Virum *D. Petrum Martinum Vidal, et Llampayes* — — — ad Gradum Magisterii in Medicina promovimus ejusdemqué facultatis Doctorem fecimus, creavimus, ac constituimus *nemine discrepante Censorum, tamquam benemeritum, valde condignum* — — — — dedimus in super, ipsiqué concessimus, atqué per præsentes Litteras nostras damus, & concedimus facultatem Cathedram de cetero ascendendi Medicinamqué ubiqué locorum, atqué disputandi, & omnes singulosqué actus faciendi, liberé, & publicé exercendi, qui ad veros, & indubitos in dicta Medicina facultate Magistros & Doctores pertinere, & expectare dignoscuntur aggregavimusqué, & aggregamus cætui, & consortio cæterorum in præfata Medicina facultate Magistro-

giſtrorum, & Doctorum, ut gaudeat, & utatur; ac uti, & gaudere poſsit, & debeat omnibus, ſingulíſqué gratiis, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, favoribus, honoribus, & prærrogativis, quibus cæteri in dicta facultate Medicinæ Magiſtri gaudent, & utuntur, ac uti, & gaudere poſſunt in hac Alma Vniverſitate Majoricenſi, & ubiqué terrarum, atqué locorum, perinde, ac ſi in Academiis Illerdenſi, Bononienſi, Toloſana, & quacumqué alia cujus privilegiis, hæc noſtra Balearica gaudet, ſeú gaudeat, prædictum Doctoratus Gradum adeptus fuiſſet juxta tenorem Diplomatum Pontificiorum, Imperalium, atqué Regiorum Vniverſitati Majoricenſi ſuper hoc conceſſorum. Inſuper, ut prædictus inclitus vir *D. Petrus Martinus Vidal, et Llampayes* — — — — — — —
hujuſmodi Magiſterii, ſeú Doctoratus poſſeſsionem, ſeú inveſtituram dignoſceretur adeptus, nos *Rector, ac Procancellarius prædictus* — — per authoritatem Pontificiam, & Regiam quibus etiam in hac parte fungimur mandavimus Præclariſsimo Patrono *Mag.ci D.ni D. Josepho Barceló Cathedratico* Medicinæ facultatis Doctoratus inſignia, atqué Magiſterii poſſeſsionem eidem conferre, noſtris obtemperans Mandatis, illius pectus, & humeros aurea veſte ornavit, annulum in ſponſalitii cum Divina ſapientia ſignum, digito impoſuit; caput pileo exornavit cum bombicino aurei coloris floſculo tamquam ſupremi honoris Academici Corona; Librum Medicinæ clauſum, mox apertum tradi-

dit

dit manuſqué chirotecis albis decoravit; Vt autem pleniſsimam in Medicina facultate Magiſterii, & Doctoratus inveſtituram laureato conferret, Cathedram ei conceſsit ad pacis oſculum eundem admiſsit, ad quod admiſsimus, & nos cæteriqué Collegii Facultatis Medicinæ Doctores, & Magiſtri In quarum rerum teſtimonium, & fidem præſentes Litteras manu noſtra ſubſcriptas in Privilegii formam expediri juſsimus, atqué per Secretarium noſtrnm Sigillo Majoricenſis Academiæ muniri mandavimus. Palmæ Balearium Die II. Mensis Febuarij anno á Nat.e D.ni 1793. Praesentibus pro testibus Mag.ci D.ni in Medicina D.r Fran.co Mulet, et D. Augustino Marco, et Oliver, de quo fidem facio.

Dr Franciscus Ferrer de San Jordi;
Rector Universitatis.

Dem.to sua per Ill.m
Dom. expediri
D. Rapael Manera Sec.rius
secund.o praefatae Univ.

